



Hortulus Biblico-Moralis Et Asceticus

Pappus von Tratzberg, Franz

Ulm, 1725

Index Materiarum. Omnium Materiarum Moralium & Asceticarum, quæ in diversis marginalibus numeris, aut unô fusius nonnihil discussæ servire possunt ad integras conciones vel exhortationes, ex tempore ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61252)

Omnium Materiarum Moralium & Asceticarum, quæ in diversis marginalibus numeris, aut unò fufius nonnihil discussæ servire possunt ad integras conciones vel exhortationes, ex tempore faciendas.

A.

Abstinentia vel Jejunium. Reddit hominem ad spiritualia ritè peragenda, & expugnanda vitia aptum. N. 185. Purgat animam à maculis peccatorum. N. 244. & elevat illam ad contemplationem cœlestium. N. 306.

Adulatio. Describitur pessima adulatoris Indoles, & damna, quæ infert audientibus, pœnasque, quas ipse luit. N. 205. & N. 277.

Ambitio. Duri, sed vani sunt ambientium labores & studia, misera ipsorum vita, dum eorum appetitus nunquam erit saturandus. N. 19. hoc fufius probatur aliis N. 145. N. 225. & 314.

Amicitia vera & falsa. Amicus falsus tamdiu servit, quamdiu ei servitur, tempore calamitatis recedens N. 76. Huic contrarium facit amicus verus N. 256. & N. 324. vide ulterius annotata *de Adulatione.*

Amor Dei erga homines tantus est, ut sæpè quò major fuerit iniquitas peccatoris, eò major etiam Amor Dei & clementia erga illum N. 116. Facit Deum summè sollicitum pro salute illius. N. 143. & fuit causa, quod tanta fuerit passus tormenta. N. 180. & N. 387.

Amor nostri erga Deum debet esse purus, nihil affectûs habens ad creaturam N. 111. N. 137. & N. 266. Debet etiam esse zelò plenus pro Gloria Dei N. 156. & N. 286.

Amor proprius reddit hominem in vitiis gignendis fecundum, sterilem in virtutibus, & optima ejus corrumpit opera. N. 78. est Idololum illud, quod etiam in cordibus piorum nititur sedem figere N. 418.

Angelus Custos invigilat studiosissimè saluti hominis. N. 100. & N. 430.

Anima hominis est nobilissima, utpote ad Imaginem Dei condita: huic autem se debet conformare, nî velit à suo fine aberrare N. 1. & N. 2. Ante omnia inviligandum est ejus æternæ saluti, quod tamen faciunt pauci. N. 275.

Ariditas mentis quandoque in piissimis datur hominibus, ut illi probentur in Virtute humilitatis, & magis crescant in meritis N. 26. Tempore ariditatis non sunt intermittendæ preces & ordinaria exercitia. N. 98. & N. 123.

Avaritia est Idolorum Servitus, N. 142. Passio invincibilis, si firmas egerit radices in homine, & causa gravissimorum peccatorum. N. 161. Quin imò hominem in bestiam mutat. N. 359. vide etiam, quæ inf. de *Divitiis* tractantur in pluribus numeris.

B.

Bachanalia. Infelix eorum exitus. N. 219. Vide pariter quæ inf. habentur de *ebrietate*, *gula*, *lusu* & *saltu*.

Beatitudo celestis est levi pretio, imò solis quandoque precibus obtinenda. N. 36. & N. 212. non potest satis describi, quanta sit N. 232. comparatur convivio *Asveri*, N. 386. omne gaudium, omnis quies, omnis pulchritudo hujus Mundi in comparatione illius est mera miseria. N. 425.

Blasphemia gravissima in Deo infert injuriam. N. 299. & hinc gravissimas etiam dat pœnas. N. 421.

Benignitas & Misericordia Dei. Miserum peccatorem prævenit, & invitatur ad pœnitendum. N. 65. & N. 68. Imò per immixtas tribulationes quasi compellit N. 89. hæc, & his similia aliis argumentis de *Benignitate Dei* tractantur fusiùs N. 102. N. 116. N. 203. N. 243. N. 276. N. 304. N. 328. N. 398.

C.

Cæcitas est Virtus, pariens in homine cognitionem rerum supernaturalium, & reddens illum Deo similem N. 220. conservatur in solitudine *eodem* N. per illam eò magis admiranda acquiritur *Victoria*, quò major est pugna. N. 385. vide econtrariò, quòd inf. añotetur de *Luxuria*.

Charitas proximi etiam inimici. Ad hanc Virtutem amplectendam hortantur nos pulchra exempla. N. 50. Qui illam possidet, gravissimè dolet super peccatis proximi. N. 163. & N. 235. Deo nihil acceptius est in homine hæc ipsa virtute. N. 264. & N. 341.

Cognitio sui ad humilitatem & alias Virtutes obtinendas, vel custodiendas, servit. N. 268. vide etiam, quæ inf. annotantur de *humilitate*.

Cogitationes sedulò custodiendæ sunt ab objectis malis, & si quid mali jam conceperint, ociùs illud expellendum est. N. 163. & fusiùs N. 146.

Concionator. Nullo personarum respectu tangatur. N. 250. vide etiam, quæ annotantur inf. de *correctione*.

Concordia est Virtus Deo gratissima & hominibus utilissima. N. 22. hoc idem fusiùs probatur N. 214. N. 284. & N. 403.

Confessarius debet se accommodare subjectis, quorum confessiones excipit, & alios quidem blandis alios duris tractare verbis. N. 335.

Confes-

Confessio, vide *Penitentia*. N. 305. & seq.
Conscientia mala tortor acerbissimus. N. 64. Quasunque voluptates & gaudia mutat in amaritudines & mœrores. N. 415. bona vero conscientia reddit hominem securum & quietum. N. 431.

Consilium. Etiam prudentissimos oportet, alios consulere N. 99. & bonis consiliis acquiescere N. 331.

Consolationes supernas non potest hominis cor sentire, nisi prius sit purgatum à solatiis terrenis. N. 33. & fusiùs N. 160. & N. 202. Consolationes supernæ toto Cœlo differunt à terrenis, quia hæ tantum speciem consolationum & deliciarum habent. N. 181.

Constantia sola coronam meretur. N. 57. Quod fusiùs demonstratur N. 121. N. 123 & N. 360.

Convivium non damnantur convivia, sed excessus in eis, qui raro abesse solet. N. 361.

Correctio. Hæc incumbit parentibus & Superioribus, sed talis, quæ sit discreta N. 74. & N. 153. Si delicta filiorum aut subditorum dissimulent, fiunt alieni peccati participes. N. 81. & N. 327. Ut verò eorum correctio robur habeat, oportet: peccata ipsimet fugiant, quæ in subditis culpant. N. 234.

Cecitas mentis est plaga maxima, quæ affici potest peccator. N. 90. talem sentiunt, qui nimis addicti sunt terrenis voluptatibus. N. 97. videantur etiam ea, quæ inferiùs de *obdurato peccatore* annotantur.

Crux Christi. In hac est Salus & Victoria nostra contra insultus Dæmonum. N. 201.

D.

Dæcimo præstandæ sunt Ministris Ecclesiæ: aliàs non evitabitur Vindicta Dei. N. 124.

Detractio. Lubens detrahentis linguæ auditor æquè est invisus Deo, ac ipse Detractor. N. 52. Quò autem est præstantior persona, cui detrahitur, eò gravius vitium est detractio; præsertim si fiat contra ipsos Superiores N. 104. Describitur etiam pessima detractoris Indoles, & debitæ huic vitio pœnæ. N. 135. Admonentur demum Christiani: quomodo tegere debeant proximorum peccata. N. 263

Discretio tanquam Virtutum solidarum Magistra jubet hominem dependere à Superioris sui Voluntate, non à proprio arbitrio N. 182. Ne indiscreto zelò ductus seducatur. N. 419.

Divitiæ, quibus acquirendis homines tantos labores impendunt, sunt causa

causa invidiæ. N. 48. Inducunt in animum oblivionem Dei & rerum
coelestium N. 73. spoliant homines requie, & afficiunt eos innume-
râs curis. N. 91. & N. 300.

E.

E*Cclesia* Catholica malam quorundam Christianorum vitam amarif-
simè deflet. N. 236.

Ebrietas non tantùm est fomes Luxuriæ, ut breviter probatur N. 131.
sed & aliorum vitiorum, ut fufius demonstratur N. 177. & N. 247.

Educatio. Ad bonam educationem filiorum vel maximè conducit bo-
na parentum vita; nil enim eos magis depravat, quàm mala exempla
in parentibus visa. N. 165. Ut curvantur filii, ita crescunt in arbores bo-
nas vel malas. N. 228. Parentes, qui nimis tenerè diligunt filios suos, &
correctiõni debita non sati faciunt, sunt eorum carnifices. N. 316.

Electio Prælatorum debet esse ab omni passione & inordinata affectiõne
libera. N. 157.

Eucharistia sumenda est à Christianis, ut à Judæis sumptus est Agnus
paschalis. N. 92. Accedendum ad hanc sumptionem cum summa cor-
dis munditia. N. 128. & N. 333. Inita priùs pace cum inimicis. N. 193.
Et purgatõ corpore ab omni spurcitia N. 255. Qui hoc Sacrum non
curat pabulum, æternam patietur famem. N. 307.

Eleemosina mater est omnis felicitatis terrenæ reddens cum grandi
scenore data. N. 29. Est Signum æternæ prædestinationis, si liberali-
ter porrigatur. N. 39. & N. 54.

Exemplum bonum à Superioribus requiritur: hoc enim subditos attra-
hit. N. 80. & fufius N. 107. N. 149. & 188. Unius perversi exemplum
plurium est ruina. N. 204. & hinc gravissimè punitur à Deo. N. 213.
& N. 428.

F.

F*Allacia.* Homines fallaces sibimetipsis nocumento sunt, pœnâ Ta-
lionis puniendi. N. 230. Fallacissimi blaterones sunt Mundus, ca-
ro, Dæmon. N. 213. & N. 428.

Festum oportet celebrare, non vacandõ tantùm ab operibus servi-
libus, sed etiam à peccatis. N. 114. Solis igitur incumbendum est ne-
gotiis Spiritualibus, prout fufius probatur. N. 441. N. 176. & N. 427.

Fiducia in Deo ponenda est. N. 40. Sed quæ sit firma & stabilis, non
ut quidam faciunt, qui non statim a malis liberati, ab eo deflectunt, ad
alia media etiam illicita conversi. N. 155. & N. 380. & quò majora
sunt

Index Materiarum.

sunt pericula, eò major sit fiducia in Deo. N. 252. nimia sollicitudo de rebus terrenis, excludens fiduciam istam punitur. N. 280. vincit hostes suos, qui confidit in Domino; vincitur ab illis, qui suis in viribus, aut in aliis confidit. N. 417.

Fiducia in homine posita fallax & inanis est. N. 318. probatur hoc aliis argumentis fufius. N. 406. & N. 426.

Filii sequuntur parentum mores. N. 165. quales fuerint in juventute, tales erunt in Senectute. N. 364. vide plura superius de *educatione* annotata.

Finis hominis primarius est: servire Deo N. 2. à quo tamen plurimi plurimum aberrant. N. 84. relicto Deo & Cœlo terrenis rebus saturari cupientes. N. 162.

Fortitudo. Veri servi supremi Numinis tantæ fortitudinis sunt, ut nullis tormentis superari queant. N. 350.

G.

Gloria vana animæ piæ aufert meritum. N. 7. & fufius N. 320. atque N. 321. hinc opera bona tegenda sunt. N. 32. & fufius N. 79. atque N. 200. ad gloriam verò hanc suprimendam servit optimè frequens memoria nostrorum defectuum. N. 179.

Gratia datur juxta dispositionem subiecti. N. 238. gratiam Dei qui habet, habet omnia, valens vivere sine omni timore mali. N. 372.

Gratitudo vel ingratitude. Qui gratus est pro acceptis à Deo beneficiis, accipere meretur nova. N. 69. ingratus verò privari jam acceptis. N. 96. quia ingratitude est gravissimum vitium. N. 154. Christo pro nobis tam dira passo summam inferens injuriam. N. 224. & N. 380. gratitudo autem erga Deum maximè demonstrari potest divinâ laude. N. 343.

Gula ab homine expellit memoriam Dei, & introducit locò illius millena vitia. N. 177. hinc illa utitur Dæmon, ut hominem debellet. N. 247. & N. 325.

H.

Humilitas vel maximè decet eos, quos fortuna attollit. N. 63. & N. 120. quia quò humiliores fiunt, eò magis elevantur à Deo. N. 85. ad obtinendam hanc virtutem conducit frequens memoria defectuum nostrorum. N. 268. est porò Humilitas summi apud Deum Meriti. N. 392. servit ad placandos inimicos, & vincendum Dæmonem. N. 94. & N. 381.

FFFF

Hyp-

Hypocritis. Christianus, soli extrinsecæ pietati deditus, & de interna non sollicitus, Deo odibilis est. *N.* 108. & *N.* 293. describuntur Hypocritæ mores, *N.* 274.

I.

Infernus infinitis pœnis afficit damnatos, quia tales debentur peccato gravi tanquam infinito malo. *N.* 192. Inferni frequens memoria peccatorem ad frugem reducit. *N.* 240. inter pœnas Inferni una ex maximis est caligo & horrendæ illæ tenebræ. *N.* 368. ingens est illorum numerus, qui in has tenebras labuntur, æternum non illuminandi. *N.* 411.

Intentio bona operibus summò mane præponenda est, quæ ipsa dirigat ad Deum. *N.* 93. apud quem aliàs nullius valoris erunt. *N.* 122. hoc fusiùs probatur aliàs argumentis. *N.* 137. & *N.* 400. obligationi in formanda bona intentione pauci satisfaciunt, præsertim in Dignitate constituti, utpote qui magis sua commoda & gloriam, quam Dei honorem in suis operibus quærunt. *N.* 309.

Invidia est malum intestinum, qui illud fovet, ab illo consumitur. *N.* 43. hoc vitium etiam pios quandoque aggreditur, & vincit. *N.* 217.

Invidia passio crudelis, non tantum graviter nocet objectis, sed etiam ipsis subjectis, quibus dominatur. *N.* 254. & *N.* 295. quò posteriori numero etiam instruitur Christianus, quibus mediis hæc passio frenanda sit.

Judex sit impartialis, nullum habens respectum ad personas vel ad munera. *N.* 105. sententiam ferat sine passione, & prius benè ponderatam. *N.* 340.

Judicium extremum. Apparatus hujus Judicii describitur, & verba, quibus tremendus Judex alloquetur impios. *N.* 101. describitur etiam terror, quem inde concipient impii. *N.* 281. dum econtra pii in hoc judicio summo afficientur gaudiò. *N.* 389.

Judicium temerarium. Nimis proclives sunt homines ad temeraria judicia, imputantes aliis ea vitia, quibus ipsi sunt obnoxii. *N.* 134. & *N.* 371. graviter puniantur tales judices à Deo, qui sibi soli reservat judicium. *N.* 267.

Justus suavissimè moritur *N.* 10. & licet durante vitâ vivat inter malos, pietatem tamen semel firmiter radicatam inter illos non perdit. *N.* 383. & 393.

L.

Lacryma. Nulla aqua Deo acceptior est, quam quæ fluit ex oculis
pœnitentium. N. 218. & N. 326. hæc aqua mitigat iratum Judicem.
N. 273. videantur etiam ea, quæ inferius notantur *de pœnitentia.*
lectio Sacra. Quod stomacho est cibus, hoc animæ est lectio pia:
sed oportet, illam attentè fieri. N. 401. videantur ulterius ea, quæ
inferius annotantur *de Verbo Dei.*

Lex Christi Jugum suavissimum est, si comparatur cum Lege Mo-
saica. N. 138. impletur facillimè ab illis, qui verè amant Deum.
N. 195. qui adiutor promptissimus est. N. 329.

Lingua ante alia omnia membra inhiberi debet non tantùm ab il-
licitis, sed etiam ab inutilibus verbis. N. 158. est membrum, quod
alios venenò inficit, nisi sit mortificatum. N. 291. & N. 422.

Locus sacer. Qui illum accedere vult, ut Deo fiat supplex, debet priùs
omnia alia negotia ex corde suo expellere. N. 35. & nihil in loco
hoc agere, quod non sapiat debitam reverentiam N. 45. & N. 285.
puniuntur graviter, qui contrarium faciunt. N. 144. & 317.

Lusus rarò fit sine peccato. N. 366.

Luxuria. Huic vitio dediti homines exæcantur penitùs, ut mala
non videant, in quæ ruunt. N. 31. etiam ipsis Dæmonibus sunt hor-
rori. N. 130. non diu vivent. N. 139. & N. 231. excellens remedium
contra hoc vitium est memoria passionis Dominicæ. N. 338.

M.

Maria Virgo à filii sui cruce nullis potuit dimoveri terroribus. N. 278.
sola est sine macula originali N. 384. Patronam agit pro suis clien-
tibus fidelissimam. N. 390.

Matrimonium status est multis miseris repletus. N. 41. præsertim si
zelotypia in eo locum inveniat. N. 148.

Mansuetudo est virtus divina, concilians amicitiam cum hostibus.
N. 259.

Mendacium reddit hominem Deo & proximo abominabilem. N.
396. vide e contrariò, quid inferius notetur *de Veritate.*

Miseria humana per lapsum Adami causata describitur. N. 4.
Modestia. Exterior Membrorum morumque compositio indicat
pulchritudinem animæ. N. 251.

Mors. Diu vivendò non effugimus mortem, sed tantùm augemus
sarcinam peccatorum, quæ in extremis nos maximè gravabit. N. 6.
frequens

frequens memoria mortis conservat virtutes in homine. N. 37. disponit peccatores ad pœnitentiam. N. 55. & N. 147. passiones & libidines in eo suppressit. N. 279. Mors est Echo vitæ juxta illud commune Proverbium: *qualis vita. finis ita.* N. 303. Mors Justorum non mors, sed suavis somnus appellari potest. N. 322.

Mortificatio adhibenda est omnibus sensibus, ne per hos Dæmoni pateat accessus ad tentandam & decipiendam animam. N. 5. & N. 42. afferuntur exempla eorum, qui hoc strenuè fecerunt. N. 13. N. 110. & N. 178. mortificatione autem nullibi magis opus est, quam in locis, in quibus liberiùs vivere solent homines, v. g. in Aulis Principum, in hospitiiis &c. N. 336.

Mundus Omnis labor, quem mundo addicti homines impendunt, vanus est, solitòque effectu carens. N. 17. quia in rebus mundi datur nil aliud, nisi mera vanitas & fumus. N. 60 & fusiùs. N. 85. & N. 334. describitur porrò fallacissimus mundi genius. N. 183. describuntur vitia, in quæ mundi asseclæ ruunt. N. 209. & eorum infelicissimus finis N. 227. N. 262. & N. 416.

O.

Obedientia vel inobedientia. Obediendum est non tantùm in rebus levibus, sed etiam in arduis & naturæ multum contrariis. N. 34. hâc virtute Deus placatur tanquam sibi acceptissima. N. 106. superatur per illam Dæmon. N. 168. & pervenitur ad Cœlum. N. 199. sed oportet illam esse cæcam. N. 367. per inobedientiam movetur Deus ad iram & vindictam. N. 260.

Occasio mala. Non sufficit pœnitere de peccatis, sed etiam occasio mala penitens fugienda est. N. 53. & fusiùs N. 323. N. 356. & N. 414.

Oculus ante omnes sensus frenandus est, quia periculosi scopuli nomen & omen habet. N. 11. fusiùs hoc probatur. N. 16. & N. 229.

Opera bona pariat Christianus, & non tantùm bona proposita concipiat, erit aliàs instar arboris meris foliis instructæ. N. 47. & nullatenus suo satisfaciens statui, longè graviores Deo dabit pœnas. quàm homo gentilis. N. 84. & N. 242. fides sine operibus est mortua. N. 429.

Oratio fiat mente compositâ, & à sæcularibus curis abstractâ. N. 35. fiat præmissâ pœnitentiâ. N. 113. cum vera confidentia & perseverantia. N. 115. & erit petita impetrans. N. 44. insignes præsertim Victorias. N. 206. & N. 377. nullibi autem efficacior solet esse oratio, quàm si fiat in locis Deo sacratis. N. 288.

Otium

Otium est pulvinar Diaboli & fomes malorum. N. 173. huic cum proportione applicanda sunt, quæ superius annotantur de *operibus bonis*.

P.

Parentes sequuntur in moribus filii. N. 165. & N. 370. qui pessimi evadent, si ipsis desit moderatus disciplinae rigor. N. 316.

Passio Christi frequenter cogita conservat amorem erga Salvatorem. N. 165. extinguit libidinis ignes. N. 338. docetur autem: quomodo hæc S. Passio tempore quadragesimali consideranda sit. N. 271.

Patientia amoris divini indicium est, quod enim quis magis amat Deum, eò majora libentius pro eo patitur. N. 389. & fusiùs N. 239. vide inferius annotata de *Tribulatione*.

Paupertas Voluntaria ditat hominem tranquillâ vitâ, & virtutibus. N. 191. & N. 324. promittit illi coelum pro objectis opibus. N. 211.

Peccatum mortale, quia est malum infinitum, infinitas quoque meretur poenas. N. 192. unum est causa alterius. N. 226.

Peccator obduratus patitur poenam cæcitat. N. 90. fit surdus ad omnia monita. N. 197. imò durior lapide. N. 292. hinc difficillimè ad frugem reducitur. N. 152. etsi hoc contingat: fit plerumque tantum propter poenas temporales, quas vivens sentit. N. 194.

Peccatum veniale in oculis hominum est parvum, sed graves infert poenas. N. 61. & fusiùs hoc probatur. N. 402.

Perfectio Christiana, ad illam omnes Christianos juxta media statûs sui oportet tendere, nunquam quiescendò. N. 42. via ad illam etsi videatur dura, successu temporis redditur mollis atque supernâ dulcedine plena. N. 249. divinæ præsentia memoriâ plurimum ad rem conferente. N. 27.

Pœnitentia opera mortificata revocat, & reviviscere facit. N. 15. nullatenus est differenda. N. 20. & N. 28. & fusiùs. N. 87. N. 233. & 339. sine illa vanæ sunt preces, à Deo non exaudiendæ. N. 113. est virtus Deo gratissima. N. 218. & N. 326. potens ejus mitigare iram. N. 273. modus agendi pœnitentiam in lege Evangelica est facilis, qui fit mediante confessione. N. 305. ut tamen solidè fiat, non tantum oportet peccata confiteri, & dolere de confessis, sed fugere etiam occasiones propinquas. N. 414. vide etiam, quæ superius annotantur de fugienda mala occasione.

Providentia Dei sedulas agit excubias, & parata habet auxilia, pro illis, qui se ei totos commiserint. N. 30. & N. 159. estque eo propinquior homini, quò ille remotior fuerit ab auxiliis terrenis. N. 58. & fusiùs. N. 94. & 261.

Ffff 3

Pra.

Præsentia Dei Christianum à peccatis conservat. & ad sectandas virtutes impellit. N. 27. & fusiùs N. 155. hæc verò si fuerit ab animo Christiani expulsa, ruet ille in omnia peccata. N. 196.

Purgatorium quoad pœnæ acerbicatem describitur, quæ utique gravissima cum sit, quemlibet debet ad commiserationem, & ad ferenda purgantibus animabus auxilia movere. N. 117. & 399. inter omnia auxilia efficacius non est Sacrificiò Missæ. N. 352.

Procurator Ecclesiæ utilitati. Ejus debet studere, & Bona applicare in debitum finem. N. 352.

Præsidium Sanctorum non deest invocantibus eorum opem & auxilium. N. 423.

R.

R*elapsus in peccatum* causa est, quòd homo difficulter resurgat. N. 71. & N. 265.

Religiosus status præfiguratur per Christum Eucharisticum, & Martyrio comparatur. N. 167. in eo non difficile est, tentationes vincere propter præsentissimum Dei auxilium. N. 237. & fusiùs N. 410.

Reliquiæ SS. sunt velut arma contra assaultus hostium. N. 94.

Resignatio in divinam voluntatem præcipuarum virtutum una, causat tranquillitatem animi inter adversa. N. 109.

S.

S*acerdos*. Quanto in honore habendù sit Sacerdotes, Deus Ipse demonstrat, rigidè puniendò eos, qui contrarium fecèrunt. N. 302. Ipsos autem Sacerdotes summâ puritate nitere oportet, quando Sacra tractant negotia. N. 404.

Salus est valdè efficax ad luxuriam dispositio, & hinc rarò fit sine peccato. N. 347.

Scandalum. Una quandoque ovis morbida, hoc est scandalosus homo, totam inficit communitatem. N. 204. non sunt autem magis nociva Scandala, & majorem merentur pœnam, quam quæ à Superioribus proveniunt, & hinc illis vel maxime cavenda. N. 213. & fusiùs N. 241. & N. 428.

Servus Dei non potest conqueri, sibi aliquid deesse, quia tam sollicitum pro se habet Dominum. N. 21. sentit in se compleri omnes Benedictiones, quas moriturus Jacob, suis largitus est filiis. N. 198. videantur ulterius annotata de *statu religioso*.

Silentium averfatur summè Damon in hominibus, utpote comper-
tum

tum habens, illud esse omnium virtutum Custodem. N. 422. videantur etiam ea, quæ superius annotantur *de lingua custodia*.

Societas mala est innocentibus periculosissima. N. 23. & fusiùs N. 38. N. 126. & N. 171. præsertim si intervenit sexûs diversitas. N. 140. & N. 353.

Solitudo recreat hominem, conservat virtutes, & arcet vitia. N. 315. & fusiùs N. 405.

Superbia vindictam Dei celerem in caput superbi provocat. N. 348. & quò quis altiùs extollitur, eò profundius deprimi solet. N. 376. quàm vana proin sint studia & labores illorum, qui alios excellere volunt, videatur superius ubi de *ambitione* facta sunt notamina.

Superiores, quàm bono exemplo debeant præluere subditis, nec verbis solum, sed & factis eos docere, & quomodo corrigere eorum defectus, videri superius poterit, ubi habentur notamina de *Correctione*, & de *Exemplo bono*.

T.

Talionis pœna exigitur per Vindicem Deum, punientem peccatores per ea, per quæ peccaverint. N. 86. & fusiùs N. 88. N. 270. N. 310. & N. 382.

Templum. vide *locus sacer*.

Tempus volat irrevocabile: & licet summi sit pretii, nihili tamen à plurimis habetur, quod à se factum esse, serò dolore gemunt damnati. N. 62.

Tentatio quamprimùm fuerit orta, ociùs ei resistendum est. N. 103. & N. 146. est quidem homini valde molesta, sed utilissima strenuè pugnanti. N. 394. Dæmon tentaturus hominem explorat priùs, ad quæ vitia magis inclinet: quare passiones frenandæ sunt, ne hosti subministremus arma, ad nos vincendos. N. 420.

Timor Dei compescit passionum inordinatarum motus. N. 14. & causat spirituale gaudium. N. 379. circa finem.

Tribulatio Signum est æternæ prædestinationis. N. 40. & fusiùs N. 67. N. 150. & N. 349. retinet hominem intra limites piæ vitæ. N. 207. & licet eum constituat in frequenti pugna; tamen ei non aufert pacem animæ. N. 215. imò dulcedinem & lætitiâ causat in anima. N. 349. & N. 391. illuminatque intellectum. N. 344.

V.

Verbum Dei libenter auribus exceptum confert gratiam & gloriam. N. 289.

Index Materiarum.

N. 289. est cibus animæ. N. 298. necesse est, omnia vitiis impleri, ubi Verbo Dei occluduntur aures. N. 345.

Veritas odium parit. N. 378. hanc, qui prædicant, defenduntur à Deo. N. 379.

Vestitus. In eo multi excedunt cum gravi aliorum damno, graviter puniendi à Deo. N. 186.

Vindicta Dei etiam occultè peccantibus timenda. N. 8.


Vocatio est ingens gratia, sed ingentem etiam secum pœnam trahit, si ei difformiter vivat Christianus, opera non exercendò, quæ ab ipso requiruntur. N. 330. vide porrò notamina de *operibus bonis* superius adducta.

Z.

Zelus animarum amaras extorquet lacrymas ex oculis eorum, qui illo flagrant, quando vident animas perire. N. 355.

Zelus discretus. vide *discretio.*

Zelus honoris divini nequit aliquid injuriosum Deo pati, sed impellit ad vindictam. N. 156. & N. 297. modernò tempore pro dolor! *Zelus honoris divini* apud Christianos languet, quærentes magis, *qua sua sunt* &c. N. 156. & N. 118.



Conceptus prædicabiles Diebùs Dominicis per Annum ad Personas Sæculares.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Pœnitentia sera plerumque sicca & arida.

Thema ex Evangelio Luca 21. arescentibus hominibus.

Materiam subministrat Index sup. vid. *Pœnitentia.*

DOM. II. ADVENT.

Scandalum est animarum exitium.

Thema ex Evang. Matth. 11. qui non fueris scandalizatus.

Materiam vide sup. in Ind. v. *Scandalum.*

DOM. III. ADVENT.

Sui notitia est utilissima scientia.

Thema ex Evang. Joan. 1. Tu quis es?

Mater. vide in sup. Ind. v. *Cognitio sui*, & v. *Humilitas.*

DOM.

DOM. IV. ADVENT.

Deus deponit superbos, exaltat humiles.

Thema ex Evang. Luca 3. Omnis collis humiliabitur.

Mater. vide in sup. Ind. v. *Superbia & v. Humilitas.*

DOM. INFRA NATIVIT. CHRISTI.

Soli Constantiæ & Perseverantiæ debetur corona gloriæ.

Thema ex Evang. Luca 2. Quæ non discedebat de Templo &c.

Mater. quære sup. in Ind. v. *Constantia.*

DOM. I. POST EPIPHANIAM.

Ut umbra corpus sequitur, sic filii sequuntur parentum mores.

Thema ex Evang. Luca 2. Descendit cum illis in Nazareth.

Materiam vide in sup. v. *Educatio.*

DOM. II. POST EPIPH.

Inebriati vanitatibus mundi, in fine bibunt vinum amarissimum.

Thema ex Evang. Joan. 2. Et cum inebriati fuerint, tunc id, quod est deterius.

Materiam vide sup. in Ind. v. *Mundus.*

DOM. III. POST EPIPH.

In bonis operibus quærens vanam gloriã perdit mercedem.

Thema ex Evang. Matth. 8. vide, ne cui dixeris.

Mater. quære sup. in Ind. v. *Gloria vana.*

DOM. IV. POST EPIPH.

In medijs tribulationum fluctibus pia dormit anima.

Thema ex Evang. Matth. 8. Ipse vero dormiebat.

Mater. vide in sup. Ind. v. *Tribulatio.*

DOM. V. POST EPIPH.

Societas mala optimis cordibus superseminat Zizania.

Thema ex Evang. Matth. 13. venit inimicus homo & superseminavit Zizania.

Materiam reperies sup. in Ind. v. *Societas.*

DOM. VI. POST EPIPH.

Vindicem Justitiæ divinæ matrum inhibet Benignitas.

Thema ex Evang. Matth. 13. Sinite utraque crescere.

Materiam vide sup. in Ind. v. *Benignitas Dei.*

DOM. SEPTUAGESIMÆ.

Fides sine Operibus non consequitur Mercedem.

Thema ex Evang. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem.

Mater. invenies in sup. Ind. v. *Opera bona.*

Gggg

DOM.

DOM. SEXAGES.

Divitiæ auferunt quietem animæ.

Thema ex Evang. Luca 8. Et simul exorta spina suffocaverunt illud.

Mater. vide sup. in Ind. v. Divitiæ.

DOM. QUINQUAGES.

Cæcitas animæ, malum pessimum, eos afficit, qui juxta viam perditionis sedent.

Thema ex Evang. Luca 18. Cæcus quidam sedebat juxta viam.

Materiam reperies sup. in Ind. v. Cæcitas mentis.

DOM. I. QUADRAGES.

Audacter resistendum tentationum Primordiis.

Thema ex Evangel. Matth. 4. Vade Sathana.

Materiam vide sup. in Ind. v. Tentatio.

DOM. II. QUADRAGES.

Bonum habet anima Domicilium, quæ vivit in solitudine.

Thema ex Evangel. Matth. 17. Bonum est nos hîc esse.

Materia reperitur sup. in Ind. v. Solitudo.

DOM. III. QUADRAGES.

Fortissimum Custodem animæ sortitur, qui mortificationi sensuum suorum studet.

Thema ex Evangel. Luca. Cum fortis armatus custodit atrium &c.

Materiam vide sup. in Ind. v. Mortificatio

DOM. IV. QUADRAGES.

Exempla Superiorum trahunt subditos vel ad bonum, vel ad malum.

Thema ex Evangel. Joan. 6. Et sequebatur eum multitudo magna.

Materiam vide sup. in Ind. v. Exemplum.

DOM. V. QUADRAGES.

Conscientia bona reddit hominem quietum, mala pessimè illum torquet.

Thema ex Evang. Joan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Materiam vide sup. in Ind. v. Conscientia.

DOM. PALMARUM.

Regi, per Paschalem communionem ad nos venienti, occurrendum est summâ cordis munditie.

Thema ex Evang. Matth. 21. Ecce! Rex tuus venit tibi.

Materia sumatur ex sup. Ind. v. Eucharistia.

DOM.

DOM. RESURRECT.

Per veram Pœnitentiam qui vult reuigere, priores peccandi occasiones fugiat.

Thema ex S. Evang. Matth. 16. Surrexit, non est hic.

Materiam vide in sup. Ind. v. *Occasio mala.*

DOM. I. POST PASCHA.

Concordia Deo gratissima, homini utilissima.

Thema ex Evang. Joan. 20. Pax vobis.

Materia reperitur in sup. Ind. v. *Concordia.*

DOM. II. POST PASCHA.

Pastor bonus Superior ille est, qui moderate corrigit, in subditis corrigenda.

Thema ex Evang. Joan. 10. Ego sum pastor bonus.

Materia reperitur sup. in Ind. v. *Correctio.*

DOM. III. POST PASCHA.

Modicum temporis non est modici, sed summi pretii.

Thema ex Evangel. Joan. 16. Quia dixi modicum.

Materiam vide in sup. Ind. v. *Tempus.*

DOM. IV. POST PASCHA.

Frequens mortis memoriam ad pœnitentiam emollit indurata peccatorum corda.

Thema ex Evang. Joan. 16. Quò vadis?

Materiam invenies in sup. Ind. v. *Mors.*

DOM. V. POST PASCHA.

Qui rectè orat, omnia impetrat.

Thema ex Evang. Joan. 16. Petite, & accipietis.

Mater. reperitur in sup. Ind. v. *Oratio.*

DOM. VI. POST PASCHA.

Solatia superna, quæ totò Cœlò differunt à terrenis, non poterit sentire, qui Spiritum mundi in corde retinet.

Thema ex Evangel. Joan. 15. Cùm venerit Paraclitus.

Materiam subministrat sup. Ind. v. *Consolatio.*

DOM. PENTECOSTES.

Dilectio, quam à nobis requirit Deus, debet esse pura & zelò plena.

Thema ex Evang. Joan. 14. Si quis diligit me.

Materiam vide sup. in Ind. v. *Amor nostri erga Deum.*

Gggg 2

DOM.

DOM. SS. TRINIT. I. POST PENTECOST.

Qui se divina credit Providentiæ, habet semper adjutricem manum.

Thema ex Evang. Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum.

Materiam reperies sup. in ind. v. *Providentia Dei.*

DOM. II. POST PENTECOST.

Tribulatio æternæ Prædestinationis Signum.

Thema ex Evang. Luca 14. Et pauperes ac debiles, & cecos & claudos introduc huc.

Materiam vide sup. in ind. v. *Tribulatio.*

DOM. III. POST PENTECOST.

Immensus est Amor Dei erga homines etiam gravissimos peccatores.

Thema: Luca 15. Quia hic peccatores recipit.

Mater. vide sup. in ind. v. *Amor Dei erga homines & v. Benignitas Dei.*

DOM. IV. POST PENTECOST.

In vanum laborat, qui labori suo non præmittit bonam intentionem.

Thema ex Evang. Luca 5. Per totam noctem laborantes nihil cepimus.

Materiam reperies sup. in ind. v. *Intentio.*

DOM. V. POST PENTECOST.

Iracundia, passio summè nociva, certis curanda mediis.

Thema ex Evang. Matth. 5. Omnis, qui irascitur.

Materiam vide sup. in ind. *Iracundia.*

DOM. VI. POST PENTECOST.

Qui pauperis miseretur dandò eleemosinam, fit dives supernis & terrenis bonis.

Thema ex Evang. Marci 8. Misereor super turbam.

Mater. vide sup. in ind. v. *Eleemosina.*

DOM. VII. POST PENTECOST.

Christianus arbor fit, non solis foliis Fidei, sed & operum fructibus secunda.

Thema ex Evang. Matth. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos, excidetur &c.

Materiam vide super in ind. v. *Opera bona.*

DOM. VIII. POST PENTECOST.

Divitiæ maximorum criminum & miseriarum causæ.

Thema ex Evang. Luca 16. de Mamona iniquitatis.

Mater. reperitur sup. in ind. v. *Divitiæ.*

DOM. IX. POST PENTECOST.

Nonnisi Sacra negotia in Locis Sacris sunt tractanda.

Thema ex Evang. Luca 19. Ingressus Templum cepit ejicere vendentes in illo & ementes.

Mate-

Index Conceptuum predicabilium ad Laicos.

Materiam vide sup. in ind. v. *Locus Sacer.*

DOM. X. POST PENTECOST.

Ingratitudo vitium pessimum, gratitudo virtus optima.

Thema ex Evang. Luca 18. Deus gratias ago tibi.

Mater. vide sup. in ind. v. *Gratitudo & ingratitude.*

DOM. XI. POST PENTECOST.

Lingua, tanquam membrum ad vitia pronissimum, ante omnia mortificanda est.

Thema ex Evangel. Marci 7. Apertum est os ejus.

Mater. reperitur sup. in ind. v. *Lingua.*

DOM. XII. POST PENTECOST.

Beatitudo coelestis, nullis fat describenda verbis, levi pretio & conatu acquiritur.

Thema ex Evang. Magister, quid faciendū vitam aeternam possidebo? Luca 10.

Mater. vide sup. in ind. v. *Beatitudo coelestis.*

DOM. XIII. POST PENTECOST.

Peccator citò occurrat Christo per pœnitentiam, ne expectandò usque ad articulum mortis laboret leprâ incurabili.

Thema ex Evang. Luca 17. Occurrerunt ei decem leprosi.

Mater. reperitur sup. in ind. v. *Penitentia.*

DOM. XIV. POST PENTECOST.

Maximus etsi labor sit, quem mundo addicti homines impendunt, vanissimus tamen est.

Thema ex Evang. Marci 6. Querite primum Regnum Dei.

Materiam vide sup. in ind. v. *Mundus.*

DOM. XV. POST PENTECOST.

Brevitas vitæ nostræ, & certæ mortis quoad horam incertitudo longam & frequentem requirit meditationem.

Thema ex Evang. Luca 7. Ecce defunctus efferebatur.

Mater. vide sup. in ind. v. *Mors.*

DOM. XVI. POST PENTECOST.

Festa, nonnisi festivè peragenda sunt.

Thema ex Evang. Luca 14. Si licet Sabbatò curare?

Mater. vide sup. in ind. v. *Festum.*

DOM. XVII. POST PENTECOST.

Proximus à nobis diligendus est non Amicus tantum, sed & inimicus.

Thema ex Evang. Matth. 22. Diliges proximum tuum.

Mat. reperitur sup. in ind. v. *Charitas proximi.*

DOM.

Index Conceptuum prædicabilium ad Laicos.

DOM. XVIII. POST PENTECOST.

Dei Præsentia à peccatis patrandis arcet, & ad sectandas impellit virtutes.

Thema ex Evang. Matth. 9. Videntes autem turba timuerunt.

Materia reperitur sup. in ind. v. Præsentia Dei.

DOM. XIX. POST PENTECOST.

Per obedientiam, virtutem Deo gratissimam, pervenitur ad Nuptias cœlestes, per inobedientiam ad Tartara.

Thema ex Evang. Matth. 22. Et nolebant venire.

Mater. vide sup. in ind. v. Obedientia.

DOM. XX. POST PENTECOST.

Morbus pessimus est luxuria, afferens corpori & animæ mortem.

Thema ex Evang. Joan. 4. Reliquit eum sebris.

Mater. reperitur sup. in ind. v. Luxuria.

DOM. XXI. POST PENTECOST.

Purgantes in flammis animæ quantas sustineant pœnas, & quomodo eis succurrendum.

Thema ex Evang. Marci 18. Non exhibis hinc, donec solvas novissimum quadrantem.

Mater. vide sup. in ind. v. Purgatorium.

DOM. XXII. POST PENTECOST.

Hypocrita est, quisquis externæ tantum est addictus pietati, Deo odibilis; utpote tentator Dei.

Thema ex Evang. Matth. 9. Quid me tentatis Hypocrita?

Mater. vide sup. in ind. v. Hypocrita.

DOM. XXIII. POST PENTECOST.

Spes confisa Deo, nunquam confusa recedit.

Thema ex Evang. Joan. 9. Confide filia, fides tua te salvam fecit.

Mater. reperies sup. in ind. v. Fiducia.

DOM. XXIV. POST PENTECOST.

Terror impiorum in extremo Judicio erit extremus, tum ab aspectu tremendi Judicis, tum à verbis ejus proveniens.

Thema ex Evang. Matth. 24. Et erit tunc tribulatio magna.

Materiam vide sup. in ind. v. Judicium extremum.

Conceptus prædicabiles pro mensuris

Exhortationibus ad Religiosos.

1. Beata Religiosorum vita, quoad meritum æqualis Martyrio, in vincendis Tentationibus facillima.

Thema

Index Conceptuam predicabilium ad Religiosos.

Thema ex Psal. 83. *Beati, qui habitant in Domo tua Domine.*
Materiam subministrat v. *Religiosus Status.* & v. *Solitudo* & ex opposito
v. *Mundus.*

2. Nihil Deo acceptius obedientiâ, Victrice Dæmonum & scala Cœ-
li, sed oportet illam esse cæcam & non tantum ad levia, sed
etiam ad difficilia promptam.

Thema ex Proverb. c. 1. *Qui me audierit, absque terrore erit, & abun-
dantiâ perfruetur.*

Materiam vide v. *Obedientia.*

3. Castitas hominem illustrat supernis luminibus, reddens illum non
tantum æqualem Angelis sed Diis: eò admirabilior ejus
Custodia, quò gravior pugna.

Thema ex Eccles. 26. *Omnis ponderatio non est digna continanti anima.*
Materiam reperies v. *Castitas* & ex opposito v. *Luxuria* mediam ad ser-
vandam & custodiendam Castitatem vide v. *Mortificatio.* v.
Oculus.

4. Paupertas voluntaria pacis internæ & aliarum Virtutum mater,
reddit hominem de Cælo obtinendo securum.

Thema ex Evangel. *Omnis qui reliquerit Domum &c. Matth. 19.*

Materiam subministrat v. *Paupertas.*

5. Viam Perfectionis terere debet Religiosus, nunquam quiescendò,
hæc etsi dura videatur ab initio, successu tamen temporis
redditur facilis adjuvante divinâ præsentia, frequenter co-
gitatâ

Thema ex lib. Genes. c. 17. *Ambula coram me, & esto perfectus.*

Materiam dabit v. *Perfectio Christiana* & v. *Præsentia Dei.*

6. Mortificatio Religioso armatura est contra Dæmonem, nunquam
autem magis necessaria, quàm ubi datur occasio liberiùs
vivendi.

Thema ex Proverb. 16. *Melior est patiens viro forti, & qui domina-
tur animo suo expugnatore Urbium.*

Materiam vide v. *Mortificatio.* v. *oculus.* & v. *lingua.*

7. Religiosi, super alios Christianos in felicitate statûs elati, vel ma-
ximè studeant Humilitati, quæ summi apud Deum est me-
riti, serviens ad placandos inimicos & vincendos Dæmones.

Thema ex Eccles. c. 3. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.*

Materiam dabit v. *Humilitas,* & ex opposito v. *Superbia.*

8. Pax

Index Conceptuum predicabilium ad Religiosos.

8. Pax & Concordia Religiosis ante omnes Virtutes necessaria, Deo gratissima & ipsorum privato & communi bono utilissima.
Thema ex Epist. S. Pauli Hebr. 12. *Pacem sequemini.*
Materiam vide v. *Concordia*, & v. *amor proximi*, etiam *inimici*.
9. Nihil apud Religiosos magis aversatur Dæmon silentiō; hinc eisdem sint additissimi tanquam virtutum Custodi.
Thema ex Proverb. 21. c. *Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam.*
Materiam reperies v. *Silentium*, & v. *Lingua*.
10. Ariditatem mentis etiam piissimis immittit Deus; ut probet humilitatis spiritum in eis, & augeat merita, quare tempore ariditatis non desistant à spiritualibus exercitiis, & inordinatè inhient consolationibus.
Thema ex Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea.*
Materiam subministr. v. *Ariditas mentis*, v. *Consolatio*.
11. Amor proprius, instar Idoli volens in corde adorari, virtutes in vitia convertit.
Thema ex Evang. Joan. 10. *qui amat animam suam, perdet eam.*
Mater. Vide v. *Amor proprius*, & ex opposito v. *amor nostri erga Deum*.
12. Vana gloria omnis meriti rapina.
Thema ex Epist. ad Galat. 5. *non efficiamur vana gloria cupidi.*
Materiam habes in verbo *Gloria vana*.

Qui plures Conceptus & Materias pro asceticis exhortationibus ad Religiosos desiderat, consulat primum Indicem,

